

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.
0912

0910

0916

0906

vero volebamus videre civitatem sanctam Ebron et locum
sanctorum patriarcharum et agrum plasmationis protoparentis
nostris. Et nisi in conventione nostra cum eis expressum fuisse-
set, quod ducerent nos in Ebron, ut patet P. I. Fol. 219. in
XII. articulo, nullo modo desiderio nostro satisfecissent. Et
ut veritatem de hoc fatear, ego solus caussa fui, quod positum
erat in conventione, quia venerabilis magister Ludwicus Fuchs,
Prior Ulmensis, petivit me in recessu, ut de terra sancta non
egrederer nisi visa civitate Ebron, ad quam singulari devo-
tione afficitur. Sed et ego desideranter concupivi eam videre
et opposui me omnibus modis, ne impediretur accessus ad
eam: nam Calinus major multa allegavit pericula alia, demta
prolongatione viae. Distat autem Ebron a Bethleem non
nisi sex leucis. Igitur post longam concertationem vicimus
nos peregrini ductores nostros et retraxerunt camelos ad
viam superiorem contra montana. Et progressi certe vidimus
terram optimam, sed paucissimos cultores in ea et nonnullas
villulas vidimus. In ipsis autem montibus et vallibus vidi-
mus macerias antiquas, quibus montes per circuitum cinge-
bantur ab inferioribus usque ad cacumina, in quibus maceriis
olim fuerant horti vinearum, olivarum, pomerantiarum, malo-
granatarum et aliorum bonorum fructuum, loco quorum jam
sunt spinae, urtiae, tribuli, vepres, rubi et alia arbusta sil-
vestria sterilia.

0921

0901

0961

0861

1011

0811

0411

Ende

Introitus peregrinorum in Ebron civitatem.

In progressu venimus in unam vallem valde amoenam,
quae dicitur vallis Ebron, in cuius utroque latere erant clivi
pleni maceriis vinearum et hortorum, sed omnia ibi crescentia
erant silvestria, inter quae multi therebinti (b) arbores sta-
bant oleo therebintino foecundae, et si vallis illa haberet
colonos, omnibus mundi bonis abundaret. Consequenter ad
locum venimus repletum olivis, ita, quod quasi silva vide-
batur arborum olivarum, et in condensitate illa arborum jussit
Calinus gubernator noster nos de bestiis descendere et
camelos exonerare, et ita fecimus. Erant autem nobis arbores
pro tentoriis et umbraculis contra intensissimum solis ardorem,

Anfang